









1687.

1. Albinus, Bernhardtus: De paracentesi thoracis et abdominis
2. Albinus, Bernhardtus: Theses medicae inaugurales.
3. Ebertus, Adamus: De justitia actionum Philippo II Hispaniae et Indiarum regis.
4. Grönebergius, Christianus: De lineis rectis.
5. Schoepfferus, Johannes Tractatus: De virtutibus studiorum.  
3 Exempl.
6. Schulze, Petrus: De rebus pestimi exempli.
7. Strijkius, Samuel: De motu proprio principis.
- 8<sup>1</sup> 2<sup>6</sup> Strijkius, Samuel: De jure principis aere.  
2 Exempl. 1687: 1749.
9. Strijkius, Samuel: De facto defuncti ab herede non praestando
- 10<sup>1</sup> 2<sup>6</sup> Strijkius, Samuel: De desertione conjugum mali-  
fiosa. 2 Exempl. 1687: 1740.

11. Strykian, Samuel: De communione appellatiois.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





*Faint, illegible handwriting at the top of the page.*





*N. N. N. 7 Divortium (2)*

DISPUTATIO INAUGURALIS, *Vol. 88. n. 4.*  
DE *1687, 10a 14*

# DESERTIONE CONIUGUM MALITIOSA,

*Quam*

DIVINO FAVENTE NUMINE  
EX DECRETO ET AUTORITATE  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS VIADRINA  
P R A E S I D E

PRO-DECANO SPECTABILI,

**D. N. SAMUELE STRYKIO, ICTO.**

COM. PALAT. CAESAR. SERENISS. AC POTENTISS.  
ELECTOR. BRANDENB. CONSILIAR. FACULT. JURID.  
ORDINARIO, ET DECRETAL. PROF. PUBL.

DOMINO & PATRONO SUO DEVENERANDO,

IN AUDITORIO ICTORUM

Horis Ante- & Pomeridianis

Die XI. Novemb. A. O. R. M DC LXXXVII.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA CONSEQUENDI,

*Placidae disquisitioni submittit*

**JOHANNES Mosdorff / Numburgensis, Patr. Conf.**

*Francofurti ad Viadrum, Typis JOHANNIS COEPELII, Acad. Typogr.*

+



VIRIS  
MAXIME REVERENDIS,  
ILLUSTRIBUS AC GENERO-  
SISSIMIS

DN. DN. PRÆPOSITO,  
DECANO, SENIORI, TOTIQVE  
CAPITULO CATHEDRALIS  
ECCLESIAE NUMBURGENSIS,  
DN. PATRONIS AC MAECENATIBUS  
OMNI HONORIS AC OBSERVANTIAE CULTU ÆVTERNUM  
DEVENERANDIS.

Nec Non  
NOBILISSIMIS, EXCELLENTISSI-  
MIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSI-  
MIS, DOCTISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS

DN. DN. CONSULIBUS,  
CAMERARIIS, CÆTERISQVE  
INCLUTÆ REIPUBLICÆ NUM-  
BURGENSIS SENATORIBUS OMNI-  
BUS AC SINGULIS,  
DN. FAVORIBUS, COLLEGIS ATQVE AMICIS SUIB  
HONORATISSIMIS

Disputationem hanc Inauguralem cum voto  
omnigenæ prosperitatis submissa devotaq; manu  
ac mente offert atq; dedicat.

JOHANNES Mosdorf.



IN JESU, SOSPITATORIS MEI, NOMINE.

## ASSERTIO I.



Matrimonium tam ex primævâ institutione, quàm ex hominum contrahentium intentione & proposito, perpetuum & indissolubile vinculum est, imò consortium omnis vitæ *l. 1. ff. de R. N.* atque conjunctio individuum vitæ consuetudinem continens §. I. *Instit. de P. P.* Hinc sanè statuendum est, quod illud nullo unquam modò dissolvi iterum aut finiri debeat. Hanc mentem primi matrimonialis vinculi Conditoris exposuit nobis sufficienter infallibilis divinæ voluntatis Interpres Christus, Salvator noster, ad primam Institutionem Divortiorum Patronos remittendo, & ne, quæ Deus conjunxit, homo separet, expressis verbis cavendo. *Matth. XIX. v. 6.*

*Matrimonii nexus indissolubilis.*

### II.

Verumenimverò, cum aucto post Protoplastorum nostrorum lapsum humano genere, malitia magis magisque augetur, & homines ab unò ad aliud peccatum agminatim quasi prumperent, nec datæ semel fidei connubialis semper rationem haberent, ideò factum, ut, sicut in

*Ex peccatis orta divortia.*

A 2

cæte-

cæteris, ita etiam in Matrimonio Moyſes, non per conniventiam quidem, ſed ſolam diſpenſationem divinam (quamvis hæc aliis diſpliceant, de quo vid. D. Calov. *Bibl. Illuſtrat. contra Grot. ad Dexter. 24. pr.*) Iſraëliticæ genti remittere potiùs à Jure primùm conſtituto. & concedere aliquid, quàm inter conjuges jurgiis ac rixis, infidiis, veneficiis, parricidiis, ac neſcio quibus aliis malis majoribus ac ſcandalis viam & occaſionem aperire maluerit. Gerhard. *Loc. Theol. de Conjug. cap. X. Sect. 3. membr. 2. §. 195. in fin.* Add. Carpzov. *Jurispr. Eccleſ. lib. 2. tit. XI. def. 189. n. 6. 7.*

## III.

*Divortia  
apud Ju-  
daos li-  
bera.*

Hincqve nata dicimus repudia atqve divor-  
tia. Quæ ab initio in Republ. Judaica liberrima  
fuerunt, & quilibet conjux à conjuge leviffimâ et-  
iam de cauſâ, imò interdum planè nulla, miſſo ſo-  
lum repudii libello, quo, dimiffam uxorem, &  
ipſi denuò nubendi licentiam factam eſſe, teſtaba-  
tur maritus, divertere potuit, non ſecus, ac ſo-  
cius ſocium ex ſocietate pro lubitu poteſt dimit-  
tere. vid. Dn. Præſes *in addit. ad B. Brunnem. Jus Ec-  
cleſ. cap. XVII. §. 1. ibiq. allegat. Selden. de Jure Nat. &  
Gent. juxta diſc. Ebraor. c. 7. L. 5. add. Johan. Kizel.  
Syn. matrim. c. 8. theor. 1. lit. B.*

## IV.

*In novo  
teſtamen-  
to reſtri-  
cta.*

Postmodum verò illa in Novo Teſtamento  
nimo opere immutata. Ibi enim Chriſtus non mo-  
dò Phariſæos ad primam conjugii institutionem  
revocavit, ſed priſtinam quoque illam temerita-  
tem, frivolamque conjugum dimiſſionem compe-  
ſcuit, ſolam adulterii cauſam pro ſufficiente ſtatu-  
endo

endo, si quis sine adulterii reatu discedere à con-  
juge vellet *Matth. V. 32. & XIX. 9. Capzov. d. l. n. 9.*  
Ast non mox ubivis locorum prohibitio hæc  
Divortiorum recepta, sed libertatem pristinam  
sibi salvam conservarunt, non tantum in Judaismo  
subsistentes, sed & ex Judæis ad Religionem Chri-  
stianam transeuntes, quod prolixè satis ostendit  
*Selden. Uxor. Ebraic Lib. 3. cap. 28.*

V.

Romani eadem ferè libertate usi, partim  
ex priscò gentilium more, partim ex libertate,  
quam inter Christianos remansisse advertabant.  
Quare Theodosius Imper. in *l. 8. C. de Repud.* Mo-  
saicam imitatus legislationem statuit, non nisi da-  
tò libellò repudii dissolvi debere matrimonia. Ne  
tamen penitus vaga esset illa licentia, certas po-  
steà subjicit causas, quibus dimittere uxorem li-  
ceret non tantum, sed & ob quas uxor marito re-  
pudium dare posset. Remansit illa divertendi  
nimia licentia ad Justiniani usque tempora, utpo-  
te qui Majorum sanctiones Corpori Juris inseruit,  
& postea ipse in *Nov. XXII.* divortiorum Jura ita  
determinavit, ut quædam fierent BONA GRA-  
TIA, etiam citra repudii libellum: quædam NON  
BONA GRATIA, de quibus prolixè disposuit in  
*d. Nov. 22. c. 4. seqq.* quamvis aliquid ex illis postea  
iterum immutaverit in *[Nov. 117. cap. 10.]* Verum  
post Justiniani obitum Justinus II. Imper. illam  
mutuo consensu dissolvendi matrimonii faculta-  
tem reductam voluit, uti videre est ex *Nov. 140.*  
ad vulgatam illam Juris regulam provocans: Ni-  
hil tam naturale esse, quam eò genere quicquam

*Libertas  
divortio-  
rum apud  
Romanos*

*Quid Ju-  
re Justi-  
niano?*

A. 3.

dissol-

dissolvi iterum, quò colligatum est *l. 35. l. 153. ff. de R. l.*

## VI.

Formule  
divortio-  
rum.

Hinc natæ illæ repudiandi formulæ: Tuas res tibi habeto: Tuas res tibi agito: Conditione tua non utor. *l. 2 §. 1. 2. ff. de Divort.* Quibus subjungo illam ridiculam apud Juvenal. *Sat. 6.*

*Collige sarcinulas (dicit libertus) & exi,  
Jam gravis es nobis. Sicco venit altera naso.*

Plura in hanc sententiam qui desiderat, adire velit Alexand. ab Alex. *Genial. dier. lib. 4. c. 8.* Forner. *ad l. 101. §. 1. de V. S.* Arnif. *de Jure Connub. cap. 6. sect. 3.* & alios plures. Quomodo autem apud Judæos Divortiorum literæ fuerint conceptæ, exposuit prolixè Seldenus *in Uxor. Ebraic. lib. 3. cap. 24. seq.*

## VII

Quando  
divortio-  
rū liber-  
tas restri-  
cta?

Quo autem tempore post Justinianum illa divortiorum libertas ad mentem Salvatoris nostri iterum fuerit restricta, non satis constat. Hoc certum, ante seculum VIII. nullam Impp. de hōc negotiō extare legem contrariam. Primæ ergo partes hīc Germanis Imperatoribus adscribendæ, qui, cum ex prisca Germanorum fide, quam in matrimoniis quoque servabant illibatam, adeo ut, Tacitō teste, *de Moribus German. cap. 18.* severa Germanis fuerint matrimonia, nec ulla morum pars magis apud ipsos laudanda, observassent, non probata ipsis fuisse divortia, & cum hōc ipso conspirare Jus divinum Novi Testamenti animadvertissent, generali lege Veterum illam Germanorum

rum sanctitatem confirmandam censuerunt. Quapropter Carolus M. illum, qui uxorem dimisisset, sine novô matrimoniô vitam vivere voluit. vid. *Capitulat. Carol. & Ludov. Imp. L. 1. cap. 43. & L. 6. c. 63.* Postea Lotharius Imp. ita solenniter edixit: *Nulli liceat, exceptâ causâ fornicationis, adhibitam sibi uxorem relinquere, & deinde aliam copulare, alio vi transgressori priori convenit sociare conjugio, quæ constitutio refertur à Lindenbrog. in Cod. LL. antiquarum de LLbus Longobard. L. 2. tit. 13. c. 6.*

VIII.

Hôc jure ergò usâ Germania subsequenteribus quoque temporibus usque ad tempora nostra, nisi quod apud Pontificios priscae illæ Caroli M. constitutiones, de matrimoniô à divertente non contrahendô, ad illum quoque casum fuerint extensæ, si quis ob adulterium ab uxore divortium faciat, ut nec tunc innocens vivâ uxore separatâ, aliud inire matrimonium valeat. Quod ipsum Jur. Canon. satis abundeque confirmatum *c. 5. X. de Divort.* Sed illa opinio, utpote menti Salvatoris nostri *Matth. 19.* apertè contraria, jamdudum inter Evangelicos explosa, cum nec olim Jure Canon. veteri obtinuerit. *c. concubuiisti c. 32. quest. 7.* vid. pluribus Gerhardus. *de Matrimon. § 564. & seqq.* Quo ad mores itaque nostros, certum suppono, non modò amplius matrimonii dissolvendi potestatem in solâ voluntate, propriâve conjugum auctoritate positam esse; sed omnes etiam à Justiniano olim præscriptas causas ad eum numerum redactas, ut earum hodiè duas saltem genuinas in Eccle-

*Pontificii post divortium novû matrimoniû denegât.*

*Hodie ex duobus causis permisso divortiû.*

Ecclesiis nostris admittamus, ADULTERIUM nempe & MALITIOSAM DESERTIONEM. vid Luther. à Gerharo alleg. loco de Conjug. §. 630. in fin. Carpzov. Pr. Crim. p. 2. qv. 58. n. 5. Hahn ad Wefenb. ff. tit. de Divort. n. 9. Kizel. d. l. theor. 4. l. a. b. Quæ enim quoad thorum & mensam Jure Canonico introducta, & certis casibus à Consistoriis nostris recepta Separatio, de qua vide Carpzov. Jurisprud. Eccles. lib. 2. def. 207. seqq. hæc ad divortium propriè ita dictum non pertinet.

## XI.

*Malitosa  
Desertio-  
nis descri-  
ptio.*

De illa verò posteriori causa, scil. Desertione, cum in hac publicâ dissertatione per compendium agere mecum constituerim; itaque omissis omnibus ulterioribus ambagibus malitiosam Desertionem ita describo: quod sit discessio temeraria conjugis à conjugè, eò animo facta, ut alter ad alterum redire, & cum eò in consortiò conjugali ulterius vivere nolit.

## X.

*De voce  
Desertio-  
nis.*

Apparet verò ex datâ descriptione sufficienter, quando conjux desertionis reus dici debeat: ut adeò necessum non sit, quâ ratione vox, deferre, in Jure nostro accipiatur, prolixè exponere. Plerumque enim idem est, ac derelinquere. L. 21. ff. de Inoff. test. L. 6. §. 3. ff. de Decur. vel etiam discedere à statione sibi semel commissâ. L. 1. §. tot. tit. C. de Desert. L. 3. §. 7. & 9. ff. de Re milit. Id tamen obiter moneo, desertionis conjugum in Jure nostrò vix occurrere mentionem, sed ejus loco divertisse conjugem dicunt L. un. §. 1. ff. unde Vir & ux. L. 42. ff. de Judic. l. 27. §. 30. ff. ad leg. Aquil. quod



*Conjugum Malitiosa.*

quod *divertere* adeò propriè conjugibus tribuebatur, ut de desponsatis personis illa vox non fuerit usurpata. *l. 191. ff. de V. s.*

XI.

Non autem quemvis discessum mox desertionis notam inducere, exinde apparet, quod *temerarium* in descriptione requisiverim, & quidem animo deliberato non redeundi ad consortium conjugale. Ob quam causam, si uxor calore iracundiæ repudiet maritum, brevi tamen revertatur, divortisse non videtur. *l. 3. in fin. ff. de Divort. l. 48. ff. de R. J.* Undè si uxor vagabundo marito juncta sit, qui tamen aliquando redire solet, desertor dici nequit, sed potiùs ad imitationem militum, emansoris nomen merebitur, quem Modestinus definit in *l. 3. §. 2. ff. de Re milit.* quod sit, qui diu vagatus, ad castra tamen revertitur. An tamen uxor aliàs obstricta sit, ut maritum vagabundum, & nullibi certum domicilium constituentem sequatur, illud ex conditione mariti, & electo ab ipsò vitæ genere, quod fortè ambulatorium est, æstimandum venit. Sanè si malitia vagantis mariti appareat, non dubito, uxori per implorationem officii Judicis succurri posse, ut in certò locò domicilium constituat. Conferatur de hac materiâ Richter. *Vol. 2. Consil. 507. ibiq. allegat Dd.*

*Discessus  
debet esse  
deliberatus.*

*De marito  
vaga-  
bundo.*

XII.

Cùm verò animus præcipuè distingvat delicta *l. 11. §. 2. ff. de Pæn.* ob quam causam in specie in divortio requirebatur animus constituendi perpetuam dissensionem. *l. 3. ff. de Divort.* inde toties

*Cessante  
animo  
deserendi  
non adest  
Desertio.*

B

deser-

deserti conjugis crimen cessare puto, quoties quis non animo conjugem deserendi, sed ob aliam vel probabilem, vel necessariam causam, vel sponte abest, vel invitus abesse compellitur. Latius quidem *Ordin. Consistor. Brandenb. cap. 65.* hoc extendere videtur, dum omnem malitiosam desertionem huc trahit, per verba: So ein Ehegemahl von dem andern ohne einige redliche Ursachen aus Leichtfertigkeit/das ihm etwa der eheliche Stand aus Anreizung des Bösen entgegen und mißfällt / oder sonst auß Muhtwillen dem Kriege / oder andern bösem Leben und Büberen nachziehet / entläufft / und also sein Weib / Kinder / Haus / Hoff / und alles sitzen und stehen läffet ic. Verum ex subsequen- tibus apparebit, quousque in talibus casibus desertio hoc effectu pro malitiosa sit reputanda, ut ea propter locus esse possit divortio.

## XIII.

*An ab-  
sens mili-  
tia causâ  
pro deser-  
tore ha-  
bendus?*

Ut ergo de absentia honesta, sive illa fiat Reip. sive privati commodi gratia, in praesens nihil dicam, cum hic malitiam abesse in propatulo sit; inquirendum de casibus dubiis, & primo quidem loco occurrit quaestio: An maritus in militiam se conferens, & ibidem per aliquot annos subsistens, pro desertore malitioso sit reputandus? Agit de casu hoc speciali consilio *Besold P. 5. Consil. 248.* ubi ejusmodi absentem a crimine desertionis absolvit, ea propter, quod in militiam se conferre, per se sit res honesta ac licita, & hinc maritus extra dolum constitutus, dolus vero ad malitiosam desertionem exigatur, a quo tamen quavis causa, etiam fatua, praestat

præstat excusationem. Verùm hîc circumstantias attendendas puto, poterit enim maritus eapropter elegisse militiam, ut uxorem malitiosè desereret, de quô casu sine dubio intelligenda est *Ordin. Consistor. Marc. §. preced.* adducta. Si ergò hic animus probari possit, quod non difficile est, dum indignabundam mentem sæpiùs verbis profert: **Er wolle in den Krieg gehen / und sein lebtage zu seiner Frau nicht wieder kommen /** nullam rationem video, quare maritus ex capite desertionis non possit in jus vocari & condemnari. *Conf. Gerhard. §. 628.*

XIV.

Quamvis itaque nostro jure primitùs cautum, quòd uxor maritum in militia absentem per quadriennium expectare teneatur, *l. 7. C. de Repud.* Et hoc postea Imperator Justinianus ad decennium extensum voluerit per *Nov. 22. c. 14.* merito tamen id ipse Justinianus sustulit in *Nov. 117. c. 11.* statuendo, quòd uxor tamdiu maritum in militia absentem expectare debeat, donec ipsum mortuum esse, fide illius Tribuni, sub quo militavit, perceperit, cum quo Jus Canonicum conspirat in *cap. in presentia. 19. X. de Spons.* quòd ipsum moribus Consistoriorum nostrorum omninò probatum est. *Richter ad Ausb. Hodie. C. de Repud. Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 177.* Attamen hæc omnia vera puto, nisi apparuerit, animo deserendi uxorem, militiam esse electam. Conferatur *Dedekenn. Consil. Theol. vol. 3. Sect. 5. n. 13. §. 15.*

*Maritus an ob militiam, & quamdiu expectandus?*

XV.

Jam videndum de absentia, quam maritus *Maritus pro-*  
B 2 ob crimē



capitale  
fugitivus,  
an sit de-  
sertor?

propter crimen suscipit, quò se subtrahat supplicio promerito. e.g. Maritus furti vel etiam homicidii reus est, utrumque crimen adeò in confesso est, vel etiam testibus probari potest, ut nulla excusatio ab ultimo supplicio supersit fugitivo marito, annon sic ex capite desertionis ad novum matrimonium provocare possit uxor, petendo divortium à marito fugitivo? Ex casu ipso satis constat, de illo marito non esse quæstionem, cui adhuc superesse potest defensio. Hic enim cum mortis pœnam expectare non habeat, nihil est, quod ipsum à nexu matrimonii liberare valeat. Nec de illo casu controversia est, ubi maritus in fuga constitutus desiderat, ut ipsum uxor sequatur, quo pertinet casus apud Dedeken. *d. vol. 3. sect. 5. n. 20.* ubi ita pronunciatum refert: daß ob wol der Mann wegen einer falschen Münze/ derer er bezüchtiget/ flüchtig worden/ und eine zeitlang sein Weib sitzen lassen/ so kan doch sein Weib/ so er zu sich fordern lassen/ vermöge heiliger Schrift/ wegen angezogener Verbrechen noch zur zeit von ihme nicht geschieden noch losgezehlet werden. Sed de eo disquirimus, si delictum tale sit, ut necessario ultimi supplicii pœna immineat marito. Et tam in hoc, quam præcedentibus casibus dicendum existimo, ex capite desertionis propriè ita dictæ uxorem ad divortium agere non posse. Nam nullam hic malitiosam subesse video desertionem, quippe cum uxorem fortè intensissimè amet, & ab eadem nunquam separari cupiat maritus, undenon animo divertendi, sed formidine pœnæ exul factus est.

XVI.

## XVI.

Quamvis itaque in casu supplicii capitalis, uxori fugitivæ imminentis, totale divortium locum habere defendat *Besold. p. 3. C. 96. n. 16. seqv.* Ejusque decisionis fundamentum ex desertione sumat, præsertim, quod ob uxoris delictum evenerit, ne cohabitatio amplius locum habere possit. Attamen illud ex desertione desumptum argumentum non admitterem, nisi in facti specie propositum esset, animum deserendi satis declaratum esse, per verba: daß er sein Weib durch *Privat-schreiben* / als auch endlich durch ein *Proclama öffentlich citiren lassen* / selbe aber sich erkläret / daß Sie Ihm / als ihren Ehemann ehelich beyzuwohnen nimmermehr geneigt / deswegen auch *ad secunda vota* zu schreiten ihm gutwillig erlaube. De quali casu etiam agit Responsum Theologicum in *Dedekenno Tom. 3. Sect. 5. de Divortio N. 21. p. 340.* Hic ergo cum animus deserendi certus sit, justè à matrimonio absolvitur maritus. Verùm si contrarium testetur animum, non puto ex capite desertionis separationem esse admittendam. Nullum enim delictum, præter adulterium tollit matrimonii vinculum; nec servitus pœnæ, seu imminens ultimum supplicium jure novissimo tantæ est efficaciam, ut dissolvat matrimonii nexum, per *Nov. 22. c. 8. & Auth. sed bodie. C. de Don. int. Vir. & Ux.* & ubi cessat animus perpetuò deserendi conjugem, præsertim odio illius consortii conjugalis, ibi quoque cessat desertionis crimen. Interim tamen quò conjugii innocenti hoc casu succurratur, putarem, si liquidò probari

*Besoldi  
sententia  
examinanda  
tur.*

*Vera sen-  
tentia  
subjici-  
tur.*

possit, delictum esse capitale, ita ut nulla superesse possit excusatio, & aggratiatio, quod in homicidio certum, sed in furto dubium; nec ob fugam, dum non constat, ubi degat, apprehendi possit delinquens, quò ad supplicium rapiatur, conjux innocens verò juvenis adhuc sit, procreandæ sobolis cupidine tenta, ut in simili loquitur Ulpianus l. 22. §. 7. vers. Sin autem. ff. solut. matrim. admittendum esse divortium. Quia enim mors dissolvit matrimonium, illud quoque, quod morte piandum, tantæ efficaciam erit, non ut ipso jure dissolvat, sed ut justam dissolvendi causam præbeat Judicio Ecclesiastico, si per fugam se mortis pænæ subtraxerit. Si enim præsens esset uxor, mortis supplicium sustineret, & ita novo matrimonio pateret locus. Dum verò fugâ se manibus Justitiæ subtrahit, & ita scelere suo effecit, ne unquam cohabitare possit marito, hoc ipsi præmio, & innocenti marito pænæ loco esse non debet. Ut adeò, si merito mortis jungatur absentia per scelus causata, sat rationis adsit, pro indulgendo divortio. Et hinc quoque Carpzov. *Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 203. n. 4.* ob furtum non permittens divortium, supponit casum, si capitalis pœna non immineat.

## XVII.

*De marito ob crimen relegato vel deportato.*

Quod si verò aliud crimen commiserit maritus, cujus pœna relegationem vel deportationem non excedit, & hâc ratione provinciâ expellatur, non puto desertionis crimini hîc locum esse, morte enim dignum nihil patravit, nec fidem matrimonii fefellit, nec animum deserendi conjugem habuit;

habuit; nihil ergò est, quod hîc dissolvat matrimonium. Et in hoc Canonicum & Civile Jus conspirant. Sic in *Cap. quæsit. 2. X. de Divort.* asserit Pontifex, quod mulier pro furto, vel alio crimine viri sui, ab eò separari non debeat. Ex quò sequitur, quod nec ob pœnam non capitalem separanda sit. Clariùs hoc in Jure Civili provisum, dum in *l. 1. C. de Repud.* dicitur: Matrimonium deportatione, vel aquæ & ignis interdictione non solvitur; Verùm & hîc limitatio subjicitur: *Sic casus, in quem maritus incidit, non mutet uxoris affectionem*, ex quò apparet, non simpliciter validum mansisse matrimonium: donec tandem per *Nov. 22. c. 13.* pleniùs ita cautum; Deportationem, in quam migravit antiqva aquæ & ignis interdictio, non solvere matrimonium; licet & hoc restringi possit, nisi deportatio facta ob illa crimina, quæ in *Nov. 22. c. 15.* & in *Nov. 117. c. 8.* recensentur. Illa enim crimina per se jure Justiniano locum faciebant divorcio. Hodie verò matrimonium ita non solvi, extra dubium esse censeo, sicut & in hoc consentiunt Schneidew. *ad tit. de Nupt. P. 4. n. 49.* Joh. Köppen. *in Usu pract. Insti. L. 1. Obs 68. n. 3. & seqq.* Richter. *vol. 2. conf. 408.* Besold. *Vol. 3. conf. 96. n. 6.* Quam ipsam sententiam quoq; probat B. Luther. *in Libello von Ehsachen. Tom. 6. Witteb. fol. 272.* ubi hæc verba habet: *Wie/wenn der Mann oder das Weib gestäupet/oder des Lands verweistet würde/soll das andere auch mit/oder bleiben/und sich verändern? Antwort: Solchen Unfall sollen sie mit einander tragen/und nicht darumb von einander scheiden. Denn*

*Quid hodie obtineat?*

Denn gleichwie Sie ein Leib sind worden / so müssen Sie auch gleich ein Leib bleiben / es komme Ehre oder Schande / Gult oder Armut.

## XVIII.

An uxor  
compelli  
possit, ut  
relegatū  
sequatur?

Verum an hoc casu conjux innocens nocentem in exilium sequi teneatur, non decisum est à Luthero, nec in eò satis conveniunt Dd. Pro affirmativa ipsum adhuc subsistens matrimonii vinculum militat. Unde Harman. Pistor. *Obs.* 148. hanc quæstionem ita decedit, quòd videlicet mulier virum etiam suà culpâ bannitum sequi teneatur, subiectâ restrictione: *modò non sit vagabundus*, h. e. modò certam sedem fortunarum suarum alibi elegerit. Pro quâ sententia Theologorum quorundam consensum adducit Carpz. *Pr. Crim.* qv. 130. n. 45. Ast licet subsistentia vinculi matrimonialis id quidem operetur, ne ad alia vota transire possit innocens, non tamen ut semper actu cohabitaret conjugii, necesse est. Inde alii Dd. in contrariâ sunt opinione, existimantes, admonitionibus quidem inducendam esse uxorem, ut sequatur maritum relegatum, non verò eandem esse compellendam, de quo vid. Heigius *P. 2. Qv. 14. n. 26.* ubi *Responsum Facult. Jurid. Jenens.* refert: *Daß das Weib Ihrem Manne aus der Herrschafft zu folgen / fleißig angemahnet werde. Sie kann aber wieder Ihren Willen dazu nicht gezwungen werden.* Conferatur Richter *P. 1. Dec. 9. n. 8.* Nobis media placet sententia, quam habet Carpz. *d. qv. 130. n. 46.* scil. judicem perpendere debere, quid res rationesque domesticæ liberorum communium, & rei familiaris

ris



ris ferant, utrum salvâ honestate uxor inter peregrinos versari possit, nec istuc properandum, ut uxor peregrinationem nec marito, nec sibi utilem suscipere cogatur, habendamque magis rationem innocentis personæ & utilitatis publicæ, prout arbitrium boni viri postulabit. Hoc certum est, illo casu, si uxor pro marito adulterii reo intercedat, & eapropter capitis supplicium mariti in relegationem mutetur, uxorem compelli posse, ut maritum relegatum sequatur; favore enim conservandi matrimonii remissum est ultimum supplicium, ergo necessum quoque, ut matrimonium actuali cohabitatione continuet uxor, de quo in Saxonia evidens est Constitutio Elect. Sax. P. 4. Constit. 19. quod & moribus aliorum locorum receptum.

XIX

De marito in captivitate constituto non adeo controversa quaestio est, an pro desertore habendus? Non enim hic volens abest, animo deserendi uxorem, sed invitus detinetur. Unde & in Nov. 22. c. 8. dispositum, quod captivitas, si de vitâ conjugis captivi constet, matrimonium non dirimat; quamvis veteri Jure aliud obtinuerit. l. 1. ff. de Divort. l. 6. ff. sol. matrim. l. 12. § 4 ff. de Captiv. & postlim. Quod si de vita non constet, sed uxor probabiliter putet, maritum esse mortuum, licet illam ad secunda vota transire posse, censet Diana Resolut Moral. Tom. 2. Tract. 6. Resol. 167. Probabilitas tamen illa probe examinanda à Judice, & circumspectè hîc procedendum, ne cuius rumori fides habeatur; imò & quinquennium illud à Justiniano in d.

*Quid in casu adulterii?*

*De marito captivo.*

C

Nov.



Nov. 22. c. 7. præfinitum non negligendum. Hoc certum, si captivus antea testatus esset, se animo deserendi uxorem electurum militiam, & postea in captivitatem deduceretur, omninò pro desertore declarari posset. Michaël. Havemann. *Galalog. lib. 3. tit. 7. problem. 2.* Gerhard. *de Conjug. §. 629.*

## XX.

*De con-  
juge præ-  
sente co-  
pulã de-  
negante.*

An verò præcisè absentia ad desertionis crimen requiratur, adhuc disquirendum? Tanta enim sæpius quorundam conjugum est malitia, ut quidem non auffugiant penitus, sed debiti conjugalibus præfractâ denegatione testentur, se eo animo deseruisse conjugem, ne amplius cum illo in matrimoniali consortio vivere velint, annon talis conjux pro desertore declarandus, ita ut novo matrimonio locus fiat? Liberalius de hoc casu pro more suo locutus est Lutherus in libello vom Ehelichen Leben. *Tom. 6. Witteb. fol. 171.* ut inde Pontificiis calumniandi ansa fuerit suppeditata, unde ejus verba hîc adducere lubet; Die dritte Ursach; Wenn sich eines des andern selbst beraubet/ und entzeucht/ daß es die eheliche Pflicht nicht zahlen/ noch bey ihm seyn wil/ als man wol findet so ein halsstarrig Weib/ das seinen Kopff auffsetzet/ und solte der Mann zehnmal in Unkeuschheit fallen/ so fraget sie nichts darnach. Hier istts zeit / daß der Mann sage / wilt du nicht/ so wil eine andere/ wil die Frau nicht / so komme die Magd. So doch/ daß der Mann ihr zuvor zwey oder drey- mal sage und warne / und lasse es für andere Leute kommen/ daß man öffendlich ihre Halsstarrig-  
keit

feit wiſſe/und für der Gemeine ſtraffe. Wil ſie denn nicht/ ſo laß ſie von dir/und laß dir eine Eſther geben/ und die Baſthi fahren/wie der König *Abasverus* thät. Ob hæc verba acriter perstringitur Lutherus, quafi marito indulgeret, uxore concubitum denegante, mox ad ancillam ſeſe convertendi. Verùm ex ſubſequentibus, imò integro contextu apparet, illi de divortio per Magiſtratum faciendo & poſtmodum ſive ancillâ ſive aliâ in uxorem ducendâ, ſermonem eſſe. Nam in ſequenti § expreſſè ad Magiſtratum provocat, in verbis: Darumb muß hier die weltliche Obrigkeit das Weib zwingen. De pertinaci ergò, conſtante, ac durante denegatione debiti conjugalis, quæ nec Miniſterii ſeveris admonitionibus, nec Magiſtratus minis emendari poteſt, ipſe intelligendus eſt. Havemann. *Gamol. l. 3. tit. 7. Probl. 3.*

## XXI.

Quod ergò ipſam deciſionem attinet, regulariter ubi præſens eſt conjux, qui ſe ſubtrahit confortio conjugali, de deſertione, ejusve Proceſſu quærendum non eſt, ſed remedia externa adhibenda, ut alter alteri officium faciat. Unde optimè Theodor. Beza *Tr. de Divort. vol. 2. Oper. p. 97.* ita loquitur: *Verbo DEI conveniens non eſt, ut ob deſertionem dirimatur matrimonium, cum utraqve perſona in Eccleſiæ poteſtate eſt, ita ut nocens perſona tum Eccleſiaſticis, tum etiam, ſi neceſſitas poſtulat, civilibus pœnis ad faciendum conjugis officium, ut Chriſtianum hominem & honeſtum civem decet, cogi queat.* Ubi tamen in ſequentibus divortium concedit, in caſu, ſi penitus

*Quomodo contra præſentes cohabitare nolentes procedendum?*

nitus auffugerit conjux. Verùm nos hîc præsupponimus casum, si hæc omnia tentata, sed frustra, & contumacia sit extrema, alteri verò conjugii nulla imputari possit culpa, ob quam denegatio debiti facta; sic sanè non video, quomodo pertinax ejusmodi conjux à malitioso desertore differat, & cur non hîc eadem adhibenda remedia, quæ contra desertores aliàs prodita. Unde plerique nostratum in hoc consentiunt, pertinacissimam illam debiti conjugalis denegationem æquiparari desertioni, & inde locum esse divortio Haveman. *d. Probl. 3.* Brochmand. *System. Theol. loc. de Conjug. cap. 4. qv. 60.* Gerhard. *de Conjug. S. 630.* Richter. *Vol. 2. Conf. 26.* Dn. Nicolai *Tr. de Repud. & Divort. p. 2. c. 2. n. 53. seqv.* Placet omninò decidendi ratio, quâ in hac materiâ utitur Besold *Vol. 3. Conf. 26 n. 27.* Dieser/so gegenwärtig/ und mit keinem Zwang kann zur *cobabitatio* gebracht werden/ ist in *verâ contumaciâ*, und in *majori contemptu Magistratus*, den der desertor, so abwesend/ und *fiçtè contumax* sich befindet. Merentur verba consilii Theologici, quod habet Grübel. *in Append. Consil. Dedcken. Sect 5. n. 2.* ut hîc addantur: Doch aber/ wenn die Seja ihrem vorigen wieder Cajum gefassen bößbafftigen Wiederwillen und Haß von neuen so weit nachgehangen/ daß sie sich auch endlich gar von ihm gerissen/ in ihr Zimmer verschlossen/ und die eheliche Berwohnung ihm halstarriger weise gänzlich verwegert/ und bey diesem ihren unehelichen Beginnen noch/ und nun in das sechste Jahr/ verharret/ so ist in fleißiger Erwegung aller Umstände nichts anders zu befinden/

Probatur  
præjudi-  
cio.

den/als daß diese aus unverföhnlichem Haß rührende halstarrige Verweigerung der ehelichen Pflicht und Beywohnung für eine *desertion* zu halten sey. Denn ob sie gleich nicht aus dem Lande sich begeben/ und wie sonst *in casu malitiosa desertionis* zu geschehen pfleget/ in die ferne verlaufen hat/ so wird doch dieses nicht als ein *essential*, oder blosser dinge nöhtiges Stück darzu erfordert/ sondern *ad formalem rationem desertionis* ist gnug die eigentliche unbefugte Entziehung der ehelichen Beywohnung/ mit beständigem Vorsatz/ dabey zu verharren; Daß aber die Person aus dem Lande sich begeben/ oder an ihrem Ort verbleibe/ ist eine *accidental* Umstände/ &c.

## XXII.

Ex his ipsis jam decidi casus poterit, si ob fratribus quoddam, aliasve lites separatio quoad thorum & mensam facta, successu temporis vero tantum ab uno conjugum contra alterum concipiatur odium, ut ipsum penitus in consortium recipere nolit, nec ullam justam & honestam causam suae contumaciae allegare possit, an tali casu, ob rationes ante adductas, divortium totale pariter locum habere queat? Non enim distat talis uxor a desertrice, & si haec malitia ipsi fuerit impunita, unicuique conjugum daretur ansa, excitando lites & jurgia alterum eo deducere, ut quoad tempus separationem impetret, quod facto recusare ejus receptionem,

*Si primò quoad thorum separati, an ob alterius malitiã penitus separari possint.*

nem, & ita se à consortio conjugali penitus liberare posset. Quare si tentata omnia, quæ in §. præced. adducta, & uxor refractaria maneat, indulgendum quidem marito novum matrimonium; foeminae verò denegandum. Qua de re ita judicat Ægid. Hunn. apud Dedeken. *Vol. 3. tit. de Divort. sect. 6. n. 15.*

Im fall aber das Weib in keine *Reconciliation* sich begeben/ sondern auff ihrem gefasten Sitt verharren/ und ihrem Ehegemahl keine Eheliche Beywohnung nimmermehr zu leisten willens / als könnte man nachmals desto sicherer mit besserem Gewissen auch mehrerm Verstande auff das *extremum remedium divortii* gedencken. Pertinet huc præjudicium nomine Sereniss. Elect. Brandenb. in Ducatu Magdeburg. d. 12. April. 1681. ad consultationem Dnn. Theologorum & Jctorū Helmstadiensium publicatum, his verbis: Daß zuvörderst die Güthe zwischen Klägern und Beklagtin/ und ob sie ins künftige einander wieder ehelichen beywohnen wollen/ nochmals zu versuchen; Würde nun selbiges entstehen/ daß alsdenn die zwischen ihnen vollzogene Ehe nunmehr quoad ipsum vinculum wieder aufzuheben/ Beklagtin aber gestalten Sachen nach anderweiter Berehligung sich zu enthalten/ nicht weniger die auffgelauffene Unkosten / iedoch richterlicher Ermäßigung vorbehalten / zu erstatten schuldig/ und darzu zu *condemniren*/ und zu vertheilen sey: Massen Wir denn gedachte Ehe auff solchen Fall aufheben/ Beklagtin aber darzu *condemniren* und vertheilen. v. R. W. Verum ne & hac ratione impetret foemina malitiosa, quod fortè ambabus

Adducitur præjudicium.

babus manibus desiderat, justum est, ut pœnis civilibus coërceatur, & scandali evitandi causâ mediante relegatione ex provincia expellatur, quam relegationem hoc casu approbarunt Theologi Jenenses apud Dedekenn. in *Append. nov. p. 869.* Dn. Nicolai *Tr. de Rep. & divort. p. 2. c. 2. n. 65.*

## XXIII.

Ex his constare puto, quô casu malitiosa conjugum desertio adfit, vel non. Jam ad processum desertionis progrediendum foret, sed in antecessum adhuc expediendum erit; annon desertio malitiosa sit justa & legitima causâ pro impetrandò divortio totali, hóc effectu, ut deserto liceat inire novum matrimonium? Jure Romano hæc causâ expressè prodita non est, interim tamẽ nec improbata, sed potiùs eò ipsò approbata, quod leviores causæ, (qualis illa est, si uxor inscio vel invito marito sine justa & probabili causâ alibi pernoctaverit, juxta *l. 8. §. 3. C. de Repud. & Nov. 27. c. 15.*) ibi ad divortium sufficiant. Jus Canonicum multò minus hanc divortii causam recepit, cum nec in casu adulterii divortium quoad vinculum indulgeat. Undè & apud Pontificios Dd. vix tangitur hoc thema, quasi per se illud corrueret, suppositâ hypothesi de adulterio, uti videre est apud Bellarminum. *Tom. 3. lib. 1 de Matrim. Sacram. c. 16.* ubi cum capite præcedenti Evangelicorum sententiam de desertione adduxisset, ad solam tamen adulterii materiam respondet. Nec sibi opponi patiuntur locum Apostoli *1. Corinth. 7.* utpote quem tantum de infideli deserente fidelem intelligunt.

*An desertio sit justa causa divortii?*

## XXIV.

## XXIV.

Prima o-  
pinio est  
Lutheri.

Primus ergo hujus opinionis Autor est ipse Lutherus, qui sponte fatetur, antea nullum in casu desertionis fuisse in Papatu divortium. Unde in expositione *Cap. VII. 1. ad Corinth.* quæ extat *Tom. 1. Witteb. 8 edita 1523.* hæc verba habet: *Wolte Gott/man hätte diese Lehre S. Pauli bishero gebraucht/ oder brächt sie noch in den Brauch/ wo Mann und Weib so von einander lauffen/und eines das andere sitzen lasset/daraus denn viel Hurerey und Sünde gefolget sind. Dazu haben geholffen die leidigen Gesetze des Pabsts/ der stracks wieder diesen Text S. Pauli/das ein Ehemahl hart gedrungen und gezwungen/ bey Verlust der Seelen Seligkeit sich nicht zu verändern/ sondern des entlauffenen Gemahls warten/ oder seines Todes erharren. Und hat also dem Bruder oder die Schwester in solchem Fall schlechts gefangen gelegt umb eines andern Frevel und Bosheit willen/ und ohne Ursach in die Fahr der Unkeuschheit getrieben. Postea in Libello von Ehsachen edito 1530. Tom. 6. Witteb. fol. 272. rubr. von Weglauffen und der Desertion. hoc ulterius deducit, & defendit, desertorem gravius peccare adulterô, & ipsum, si apprehendi possit, fustibus cæsum ex provincia dimittendum esse. Cujus sententiam secuti sunt alii, non tantum Lutherani, sed & Reformati, uti patet ex Calvin. *Comment. ad Mattb. cap. XIX.* Beza *cit. Tract. de Divort.* atq; ex eô tempore unanimi Protestantium assensu plenarium divortium, cum facultate novum contrahendi matrimonium receptum est.*

XXV.



## XXV.

Rationes Evangelicorum præcipuæ ex ipso *Rationes*  
 textu Apostoli 1. Corintb. 7. petitiæ sunt. Hic textus enim, quamvis de desertore infideli loquatur; *pro justitia divor-*  
 attamen ratio eadem in conjugæ fidelem deserente, (quem casum ex primâ Christianorum, *tii.*  
 sanctitate non dabilem, & hinc nec in lege exprimentum censebat Apostolus, utpote de quo nec à Corinthiis consultus erat.) Imò fortè hōc casu major turpitudine, cum fidelem desertori satis notum matrimonii vinculum; indè eò turpius agit, ab hōc nexu semet frivole subtrahendo, & ejusdem fidei conjugem deserendo. Facit huc ratio Apostoli: *ne servituti subjectus maneat frater aut soror:* quæ ratio æquè contra desertorem fidelem atque infidelem militat. Accedit ejusdem Apostoli 1. *Timoth. 5 v. 8.* descriptio infidelium, quæ hæc est: *Qui suorum, maximè domesticorum, curam non habet, fidem abnegavit, est infideli deterior:* atqui maritus desertor, utut sit Christianus, id facit; Ergò infideli deterior, & per consequentiam melioris conditionis esse non debet. Hinc meritò distingvendum inter infidelem doctrinæ confessione, & vitæ professione, de quò pluribus vid. Gerhard. *loc. de Conjug. §. 6. 4.* Havemann. *Gamol. lib. 3. tit. 7. §. 3.* Et hæc sententia tam in Ecclesiis Electoratûs, quam Ducatum Saxonie consuetudine introducta est, prout videre licet apud Carpz. *P. 3. Jurispr. Eccles. def. 56. n. 15.* nec non in *pr. Crim. p. 2. q. 58. n. 7. 8.* ibiq; *all. g. Dd.*

D

XXVI.

## XXVI.

Respon-  
detur ad  
locum  
Matthæi.

Negotium adhuc faceffit assertum Salvatoris nostri, Matth. 5. & 19. ubi non aliam, quàm adulterii causam divortio locum facere asseritur, quæ exceptio firmabit regulam in casibus non exceptis. Sed hîc non recurrendum puto ad illud quorundam Dd. suppositum, qui Apostolo hanc potestatem fuisse asserunt, ut causam divortii à Salvatore omiffam exprimere, & eandem pro sufficiente declarare potuerit. Potius subsistendum existimo in illorum opinione, qui dicunt, Salvatorem nostrum loqui de faciente, Apostolum verò de patiente divortium. Carpzov. *Jurispr. Eccl. lib. 3. tit. 5. def. 56. n. 8.* Hâc ratione una remanet causa, ob quam tantum divortium facere liceat, scilicet Adulterium. Quod si verò unus conjugum deseratur, desertus sanè non divertit, sed manifestâ alterius conjugis malitiâ consortio conjugali privatur. De hâc causa Christus non interrogabatur à Pharisæis, sed tantum de casu, quando liceret repudium dare conjugi, ergò ejus responsio ultra casum propositum non extendenda. Pluribus hanc divortii causam defendit Beza *Tract. de divort. tom. 2. oper. qv. 94.*

## XXVII.

De ipso  
Desertio-  
nis pro-  
cessu.

Hiscè ità præmissis me nunc paucis converto ad ipsum desertionis processum. Hic autem, ut legitimè instituat, primo omnium, quis in eodem sit iudex competens, & quomodo iste in hâc causa officium suum impertire soleat, (2.) quæ sint partes deserti vel desertæ, utpote actoris, & (3.) quis

quis procedendi modus, ut justa sententia sequatur, & tandem (4.) an contra sententiam desertori remedia quædam suspensiva prodita sint, quibus effectum sententiæ, ne vires rei judicatæ capiat, impedire possit, dispiciendum est.

## XXVIII.

Judicem quod attinet, non est, ut de eò anxius inquiram. Sicuti enim omnibus patet, causam desertionis, utpote matrimonialem, esse Ecclesiasticam; ideoque illa alio in judicio, quam Ecclesiasticò, tractari nequit. Istud judicium, cum hodiè apud omnes, vel plurimos Augustanæ Confessionis Status per ità dicta Consistoria Principum exercentur, igitur nostram desertionem & illuc remittendam autumo. Consentit hanc in rem *Ordin. Eccles. Elect. Saxon. tit. von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg. rubr. Was Sachen in das Consistorium gehörig/ ic. vers. Erstlich alle Ehesachen/ wie sie Namen haben. Nec differt Ordin. Eccles. March. tit. 49. rubr. Was vor Sachen vor diß Gericht sollen gehören und bescheiden werden. num. 2. verb. Item: Alle Ehsachen insgemein. Non equidem ignoro, Pontificios omnes causas matrimoniales, & sic quoque desertionem conjugum pro merè Ecclesiasticis habere, ità ut de iis secularis iudex, quisquis ille tandem fit, neutiqvam possit aut debeat cognoscere. arg. c. ex tenore X. de For. compet. c. ex literis 1. in fin. & ibi Canonist. X. de Consangu. & Affin. can. multorum 10. c. 35. qv. 6. c. 2. X. de Judic. c. 5. X. de Procur. Hinc & Concilium Tri-*

*Coram  
quo Ju-  
dice de  
desertio-  
ne agen-  
dum?*

moniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos, anathema sit. *Sess. 25. can. 12.* Verum enim verò cum ad Principes Evangelicos Jurisdictio quoque Ecclesiastica vigore Transactionis Passaviensis seu religiosæ devoluta, & per Instrumentum Pacis Osabrugense confirmata sit, illique istam per Consistoria sua exercent, ideoque ut cum adversariis de eâ multum disputem, haud necessarium duco. Vid. *Recess. Imper. de Anno 1555. §. Damit auch obberührte beyde Religions-Verwandte/ ic. juncto §. Damit solcher Friede. & §. Nachdem bey Vergleichung.* Arum. *Vol. 2. Discurs. Academ. 10. tb. 27. & 29. lit. C. & disc. 12. tb. 8. n. 13. & seqq.* Carpz *lib. 3. Jurispr. Eccles. def. 1. Kizel. Syn. matrim. c. 10. tb. 8. lit. d. e. f. Dn Nicolai de Repud. & divort. p. 2. c. 6. n. 17. 18. seqq. ut & n. 36.* Quamquam nec præcisè necessarium esse existimo, ut Principes & Status Imperii separata Consistoria pro causis Ecclesiasticis decidendis constituent. Consistoria enim tantum delegatam ab ipsis Jurisdictionem habent; Ergò nihil obstat, quò minus ipsi Status in Consilio suo secretiori de iisdem causis cognoscere possint. vid. *Bertram. de Pace Religios. concl. 69.* Tale exemplum Hamburgi conspicuum est, ubi omnes causæ Ecclesiasticæ, & sic quoque causæ desertionis coram Senatu liberè expediuntur. Confer. *Dn. Præses ad Jus Eccles. B. Brunnem. lib. 3. cap. 1. §. 2.*

## XXIX.

*De uxore  
Principis  
deserti-*

Antequam verò competentiam Judicis dimittam, operæ pretium erit inquirere, si casus desertionis Principibus Imperii obveniat, (qualia exem-

exempla superioribus annis famosissima contigere, ubi Principes Imperii conjuges suas ex capite desertionis conveniendas censuerunt, quorum alterum exemplum videre licet in *Diario Europaeo P. 2 pag. 546 seqq.* caetera adduxisse odiosum foret; ) quisnam tunc Judex futurus sit competens? Variis opinionibus haec involuta quaestio, ut non pauci eandem Imperatoris & Statuum Imperii decisio submittendam existiment. vid. *Just. Sinold. Schütz. Coll. Jur. Publ. vol. 2. D. 3. tb. 13. lit. C. in fin.* Generos. Dn. Stöffer à Lilienfeld. *jam Cancell. Martisburg. Tr. de Potest. Polit. circa sacra tb. 19.* Submissa quoque reapse jam deliberationi Comitiali, sed decisionem huc usque ibi non accepit, nec forte, ex fato Comitiorum praesentium, ubi multa proponuntur, pauca resolvuntur, decidetur unquam.

ce quis  
hoc casus  
Judex?

XXX.

Paucis verò adducemus, quàm diversis Judicibus decisionem hanc committendam velint Dd. Aliqui Imperatorem hinc Judicem volunt. Dn. *Textor. disp. 8. ad Rec. Imp. tb. 74. & seqq.* Sed cum ipse causam matrimonialem agnoscat spirituales, & inde quoad subditos territoriorum hereditariorum, jure vel dispensandi, vel dissolvendi matrimonia, non utatur, quò praetextu illam in Status Imper. exercebit? Alii ad Austregas provocant. *Limnaeus de J. P. l. 4. c. 8. n. 96.* Verum ad Austregas alia causa non pertinent in primâ instantiâ, quàm de quibus Camera in secunda judicare potest. *Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 16. n. 24. & lib. 3. class. 1. c. 10. n. 42.* Camera verò hic judex esse non

Variae  
sententiae  
adducuntur.

poterit, licet id velit Mævius ad Jus Lubec. *Lib. 1. tit. 4. n. 48.* cum in spiritualibus ipsi nulla competat Jurisdictio, nec unquam matrimoniales causæ ibi receptæ. Limnæus *de J. P. d. l. n. 92.* Alii Consiliarios rei conveniendi remissô juramentô, quô ipsi reo obstricti, iudices constituendos putant. Sed non video, quâ ratione id commodè contra uxorem Principis, deserentem maritum, obtinere possit; hæc enim ipsa nec Consiliarios habet, nec alterius Principis Consiliarios hîc agnoscit. Alii demum ad arbitros recurrunt; verùm resistunt ordinaria Juris nostri principia, quòd contra matrimonium non valeat compromissum. Ut taceam quosdam penitùs concedere Principi potestatem, ut viâ facti se liberum profiteatur à deserente, & aliam matrimonio sibi jungat uxorem.

## XXXI.

*Principissa de-  
linquens  
coram  
marito  
sortitur  
forum.*

Nos quoad uxorem principis desertricem, non adeò controversam censemus illam sententiam, si supponamus, Principe in Conjugem ratione contractûs vel delicti competere Jurisdictionem, quod suppositum, utut displiceat admodum Doctores aliis, cum uxor sociâ non subdita mariti sit, undè contrarium prolixè defendit Myler ab *Chrenbach* *Gamolog. Princip. Imp. cap. 7. §. 22.* Attamen cum satis perspectum sit, unumquemvis ex loco contractus & delicti forum sortiri, *l. 1. C. ubi de Crimin.* & delictum quoque omnem dignitatem tollat, *l. 1. C. ubi Senator vel claris. l. 47. ff. de R. N.* eatenus scilicet, ut non obstet, quò minus quis forum in loco delicti agnoscere teneatur; non

non video, quare non & in delinquentem uxorem se extendere possit Jurisdictio mariti, modo ille à suspicionibus liberum formet iudicium. Illustr. Dn. de Rhetz. *Inst. Jur. Publ. lib. 1. tit. 22. §. 14.* Fundatâ etgò quoad delictum Jurisdictione Principis mariti, fundata quoque erit ratione desertionis, quia hæc crimen importat. Et quamvis fortè in illo territorio non amplius deprehendatur uxor desertrix; attamen nihilominus in locò delicti procedi poterit per Citationes Edictales, latâ postmodum sententiâ in contumaciam.

## XXXII.

Delegatum itaque hõc casu à Principe constituendum iudicium, remissõ fidelitatis juramento illis, qui ad hoc negotium delegantur, imò & nõvõ juramento constringendi sunt quoad hanc causam, se sine ullius respectu secundum juris & conscientie ductum velle iudicare, insuper quoque acta ad peregrina Jctorum collegia transmitti possent. Quò casu vix ulla suspicionis causa superesse poterit. Conf. Nobilis Dn. Linck. Jctus Altorf. *Dissert. de Immediatorum Imperii Protestantium forò in causis matrimonialibus Sect. 2.* ubi in fine consilium alicujus Jcti de hãc materiã adducit, cuius verba finalia nostra facimus: Auf den Fall aber (3.) sich die Gemahlin zuderen keines verstehen wolte/ so möchte der lædirte Theil durch Erkãntniß unpartheyischer Theologischer und Juristen-Facultäten sich nach aufrichtiger Eröffnung des Streits/ und dessen beylauffenden circumstantien gnüglich informiren lassen/ob er dieser wegen ein Iudicium und Proces

*Judiciũ  
delegatũ,  
quomodo  
hic à  
Principe  
constitu-  
endum?*

zu

zu formiren befugt/ auff erhaltenen Beyfall könnte derselbe/ gleich wie andere Fürsten bereits gethan/ ein Judicium ex Politicis & Ecclesiasticis Personis an seinem Hoff besetzen/ dieselbe/ woforne Sie bishero in seinen Diensten gestanden/ ihrer Ende und Pflicht erlassen/ und derer Erkantniß dieses Werck untergeben/ vorhero aber an alle/ oder doch an die meiste und vornehmste Evangelische Stände schreiben/ und ihnen sein Vorhaben notificiren/ auch deren Einraht/und Genehmhaltung der erfolgenden Urtheil/ bevorab/da etwan in contumaciam gesprochen werden solte/freundlich suchen und begehren. Quod ultimum tamen Civilitatis magis, quam necessitatis fore existimamus; Ad minimum causæ suæ justitiam, aliorum Principum suffragio approbatam, hoc pacto testabitur prolixè, & eò minus se gravatam dicere valebit Uxor desertrix. Conferatur hic quoq; Judicium D. Joh. Musæi apud Grubelium ad Dedekenn. in *Append. novis. sect. 5. n. 2. p. 863. & p. 866. verbis*: Die andere Frage ist/ weil Cajus in dieser Sache keinen Ober Richter erkennet/ wie es anzugreifen/ damit er in seinem Gewissen wohl verwahret/ und andere nicht geärgert werden?

*Ad pro-  
cessum  
desertio-  
nis non  
properā-  
dum,*

XXXIIII.

Viso hætenus competente Judice, necessum nunc est, ut etiam quale tam ejus, quam partis desertæ officium sit, antequam Processus ipse decernatur, consideremus. Cum enim malitiosa desertio res admodum ardua sit, criminalique causæ comparetur. Kizel. *Syn. matrim. c. 10. tb. 17. lit. d. e.*  
caute



cauté fanè ac circumspèctè agendum, nec nimio-  
perè properandum, sed ante, quàm deserta pars  
ad Processum admittatur, omnes circumstantiæ  
quàm diligentissimè ponderandæ, Capzov. *Jurispr.*  
*Eccles. lib. 3. def. 58. n. 2. 3.* Arnif. *de Jure Connub. c. 6.*  
*sect. 6 n. 5.* Et hoc tum ob grave præjudicium,  
quod imminet matrimonio æqvè ac personis con-  
jugatis; tum ob exitum, qui criminalis est, pro-  
pter pœnam, quam incidit persona desertrix. Me-  
vius *p. 4. Decis. 7. n. 4. & 5.*

XXXIV.

Quia verò Judex non impertit officium nisi  
imploratus *l. 4. §. 8. ff. de Damn. inf.* neque ex officio  
Processum desertionis instituit. Dn. Nicolai *de Re-*  
*pub. & divort. p. 1. c. 3. n. 17.* Dn. Præses *in addit. ad*  
*B. Brunnem. Jus Eccles. l. 2. c. 17. §. 27.* Hinc pri-  
mò omnium à personâ desertâ requiritur, ut co-  
ram judice compareat, deserentis conjugis mali-  
tiosam absentiam indicet, ob eamque se ab eodem  
separari petat. Quod ut eò facilius impetret, edo-  
ceat insinuat (2.) quamdiu cum deserente cohabi-  
taverit, qualem iste ante discessum vitam egerit,  
ubi simul judici inquirendum, an ipsa deserta ab-  
sente eo castè & honestè vixerit, an verò perversis  
suis moribus, & quoridianâ importunitate de-  
sertioni causam dederit. Unde (3.) deserta non  
immeritò à Magistratu loci, nonnunquam & à Mi-  
nisterio vel Confessionario debet offerre testimo-  
nium. *Es muß dasselbe Zeugnis und glaubwür-  
dige Rundschaft bringen/ daß es sich in Abwesen-  
heit des desertoris & partis nocentis (es sey solches*  
E der

*Deserto  
quid fa-  
ciendum,  
quo cita-  
tionem  
impetret?*

der Mann oder das Weib) ehrlich und unverweisslich gehalten. Hoc facto tandem (4.) probare debet, se eqvidem omni diligentia inquisivisse, ubi commoretur deserens, aut de eo nec quicquam certi rescire potuisse. De quo ut iudex eo certior reddatur, parti desertæ juramentum purgationis deferri solet: Daß es über angewandten Fleiß den desertorens nicht erforschen noch erfragen/nach noch von ihme/ ob er am Leben oder todt sey/die geringste Nachforschung erlangen können. vid. Carpzov. d. l. 3. def. 59. n. 8. Dn. Nicolai d. p. 1. c. 3. n. 17. Mev. d. p. 4. decis. 7. n. 10.

## XXXV.

Officium  
Judicis  
circa  
Processu  
desertio-  
nis.

Ad officium Judicis spectat, (1.) ut in absentiam deserentis quam diligentissime inquirat, an nimirum illa verè malitiosa & improbabilis sit, aut licet ea quidem primùm necessaria fuerit, ex postfacto tamen in malitiosam & temerariam degeneraverit, quod utique fieri potest, si quis ultra constitutum tempus emanerit, de qua re vid. Carpz. L. 3. Jurispr. Eccl. def. 59. n. 5. (2.) Ut vitam tam deserentis, quam personæ desertæ examinet. Sæpius enim persona deserta tantas desertori creat molestias, ut cohabitare eidem sine quotidianis jurgiis & litibus non possit, sed desertione sibi quietem parare necessum habeat; hoc casu sanè iniquū foret, malitiæ ipsi<sup>9</sup> desertæ indulgere, & mox contra desertorem ut malitiosum procedere. De hoc ergo ut eo melius constare possit, non rarò Magistrat<sup>9</sup> inferioris relatio (Es wird zuvor umb Bericht geschrieben/an den Magistrat desselben Orts/wie sich bey

de

de Eheleute vor und nach der desertion verhalten/)  
 reqviri solet. (3.) Si sciri possit, ubi deserens com-  
 moretur, illum in faciem citet, eumque legitimis  
 remediis ad cohabitationem compellat, aut si ulte-  
 rius resistat, detrudat eum in carcerem tamdiu,  
 donec sufficientem cautionem de cohabitando, vel  
 juri stando, si litigare voluerit, præstiterit, uti ex-  
 pressè sancitum in *Ordin. Consist. March. cap. 65. verb.*  
 Wo sich nun ein Mann oder Weib/ *rc.* & verbis:  
 Do sich auch die beyde Eheleute/ *rc.* add. Churfürstl.  
 Sächß. Eheordn. cap. von denen Ehegatten/ so ein-  
 ander bößlich verlassen. *vers.* würden auch zwey  
 Eheleute/ *cz.*

## XXXVI.

Præterea judex etiam (4.) tempus emanfio-  
 nis probè perpendat. Quod, licet in jure & an-  
 tiqvis moribus non uniforme constitutum, dum  
 mox longius mox brevius spatium reqviritum, vid.  
*Carpzov. L. 3. def. 60. n. 5. usque ad n. 10. Richt. P. 2.*  
*conf. 407. n. 2.* Hodiè tamen plerisq; in locis res to-  
 ta arbitrio Judicis relinquitur, ita scilicet, ut pro  
 ratione circumstantiarum tempus vel augeri vel  
 minui debeat, *Carpzov. d. def. 60. n. 11. 12. Arnifæus*  
*de Jur. Connub. c. 6 sect. 7. n. 28.* In Marchia equi-  
 dem Brandenburgensi juxta *Ordin. Eccles. d. cap. 65.*  
*vers.* Würde aber dasselbige Muhtwillige und ent-  
 lauffene Theil/ *rc.* quadriennium definitum esse  
 videtur; Prout etiam statuit B Dn. Brunneman.  
*in Jur. Eccles. d. lib. 2. c. 1. §. 27.* Ast verò si verba in  
 dicta *Ordin.* Es soll sich dasselbe ein Jahr oder  
 vier gedulden *rc.* rectè inspiciantur, dicendum po-

Quantū  
 tempus  
 hoc casus  
 necessari-  
 um?

tius, numerum annorū hic esse rotundum, nec excludere iudicis arbitrium, dum asseritur, quod pars deserta ein Jahr oder viere expectare necesse habeat, de quo vid. Dn. Præses in *Add. ad d. Jus Eccl. verb. quatuor annos expectare tenetur*, ubi simul in fine docet, quod in Consistorio Brandenburgensi exempla non desint, ubi nondum per annum absens, propter compertam ipsius malitiam, tanquam desertor citatus fuerit: Tempus enim requiritur, ut inde malitiosus deserendi animus eliciatur, de quo si antea constet abunde, quid opus per tot annos detinere innocentem? Et ita quoque Lutherus in libello von Chesachen/ ex capite desertionis non nisi annum vel semestre expectandum existimat, cum quo correspondet rescriptum illud Electorale Saxonicum, quod refert Carpzov. *d. l. 3. def. 60. n. 18.* ubi placuit tempus arbitrio iudicis committendum, also/ daß nach Verfließung eines ganzen oder halben Jahres/nach Gelegenheit der Fälle/ die Edictales Citationes auff des Klagenden theils Ansuchen ertheilet werden sollen.

## XXXVII.

*Processus  
desertio-  
nis est  
summa-  
rius.*

His circumstantiis exactè consideratis, Iudex tutò Processum potest decernere. Qui licet in nostrâ desertione, tanquam causâ matrimoniali, summarius fit. *Clementin. dispendiosam ibique Canon. de Judiciis. Paul Cypr. de Jure Connub. p. 2. c. 9. num. 1. Kizel. Syn. matrim. cap. 10. theor. II. lit. b.* ideoque neque solennis libellus, neque Gvarandæ præstatio, neque cautio pro reconventionem & expensis. *Kizel. d. l. tb. 13. lit. a. b. c.* nec etiam quoad comparitio-

ritionem mulierum ullus curator necessarius sit; nihilominus tamen ea omnia, quæ ad Processus substantialia pertinent, strictissimè observanda veniunt. Hinc est, quòd deserens saltem qualem qualem petitionem vel querelam coram tribunali sive verbotenus, sive in literis, inserta brevi facti narratione, proponere, & judicis officium pro administratione justitiæ implorare teneatur, docente hoc Kizel. *d. l. tbeor. 12. lit. c. d.*

## XXXVIII.

Hæc factâ petitione cum ipsâ justitia exigat, ut audiatur etiam altera pars, ante omnia Judex citationem, ceu basin ac fundamentum judicii, debet decernere. Quæ cum fortasse ob fugam vel incertitudinem loci ad ipsam desertorem pervenire nequeat, necessitas evincit, edictali citatione hîc utendum esse, quippe quæ omni casu, ubi contra vagabundum actio movetur, locum habet. *Mevius P. 1. dec. 257. Gail. lib. 1. Obs. 17.* Et hæc ipsa citatio Edictalis ex constitutione Saxon. in trium territoriorum distinctis territoriis facienda, quò eò citius ad notitiam desertoris perveniat. *Carpzov. Jurispr. Eccles. lib. 3. d. 62. Brunnem. ad Jus Eccles. d. l. 2. c. 17. §. 27. ibique Dn. Præses in addit. ad verba: in trium Principum territorii. Dn. Nicolai d. Tr. p. 1. c. 3. n. 27. seqq.* Et in his tribus territoriis citatio vel affigenda, vel ex suggestu prælegenda, *Carpzov. d. l. def. 63.* Ubi obiter notamus, perversum in quasdam Ecclesias irrepsisse morem, ut tales citationes aliaque edicta prælegantur post preces publicas ante orationem dominicam: eò ipsò enim

*De citatione edictali.*

omnium auditorum cogitationes à precibus distrahuntur; undè alibi magis laudanda consuetudo obtinet, ut finitis precibus omnibus, subjunctaque benedictione Ecclesiasticâ, demum secularia ejusmodi negotia prælegantur. In Marchia non exigitur illa citatio in trium Dominorum territoriis, sed sufficit, unam citationem in loco Consistorii, alteram in loco domicilii desertoris affigi Dn. Præses *in addit. ad Brunnem. jus Eccles. d. l.* Quò verò constet, hanc citationem legitimè factam esse, probè annotandum vel à Magistratu cujusvis loci, vel à Parocho, quando citatio affixa & refixa, de quò vid. Carpz. *d. def. 63. n. 8. seqq.* Dn. Præses *d. l.* Dn. Nicolai *d. tr. p. 1. c. 3. n. 31.*

## XXXIX.

*Quid post  
singulas  
citationes  
faciendum?*

Ad hanc citationem si se non stiterit desertor in primò terminò, contumacia ejus accusanda est à personâ desertâ, eoqve casu pronunciari solet: *Daß Beklagter zu erscheinen/seines Eheweibes Klage anzuhören/darauff seine rechtliche Nothdurfft/auch Ursache der desertion anzuzeigen schuldig.* Hoc factò alterâ vice citatur, & in casum ulterioris emansionis pronuntiatur: *Daß Beklagter bey Straffe Ungehorsams zuerscheinen schuldig.* Sequitur deindè citatio tertia & ultima, ubi, si pariter se non sistat, tandem in contumaciam fertur sententia definitiva, cujus formam vide apud Richt. *Vol. 2. conf. 337. n. 11.* Carpzov. *Lib. 3. def. 66. n. 16.* Ipsas citationum formulas exhibet Dn. Nicolai *Tr. de Repud. & divort. P. 2. c. 2. n. 46. & seqq.* Beust. *de Matrim. P. 2. c. 28. 29. & 30.* In Consistorio Brandenburg.

burg. sequenti modo juxta Ordin. Consist. tit. 65. pronunciari solet: Daß es in einer genandten doch ziemlichen geraumen Zeit kommen / und seinem Ehegemahl beywohnen / oder sehen und hören soll / wie es von demselben losgetheilet / und dem andern sich wieder zu verehlichen erlaubt werde.

## XL.

Coeterum triplici illa citatione opus est in casu, ubi ex sola desertione ad divortium agitur; aliter se res habet, si præter desertionem insuper probari possit, desertentem tempore desertionis adulterium commisisse: Hoc enim si doceri possit, & quidem tantum per præsumptiones, sed fortissimas *cap. 12. X. de Præsumpt.* non necessum erit, desertionis processum peragere, sed mox divortio, etiam sine edictali citatione, locus esse poterit. Confer. Richt. *Vol. 2. conf. 337. n. 12.* Carpzov. *L. 3. Jurispr. Eccles. def. 69.* add. Dn. Nicolai *d. Tr. p. 1. c. 3. n. 25. § 26.* Et ita quondam in Consistorio Episcop. Numburgensi Anno 1656. d. 29. August. pro personâ desertâ sub patrocinio Consultissimi Viri Dn Casp. Matth. Eynenberg / Reverend. *ibid. Capit. Syndici, Fauctoris & Amici mei honoratissimi,* pronunciatum fuit. Diweil Klägerin durch documenta deutlich Zeugniß benbracht und erhalten / daß ihr gewesener Ehemann H. H. sie nicht allein bößlich verlassen / sondern auch sich mit einer andern Weibesperson / Magdalena genant / verlobet / und zu Heinroda zweymal öffendlich proclamiren lassen / hernacher mit solchen seinem andern Weibe Kinder gezeuget / auch mit Ihme zweymal allhier zur Naumburg / als  
ein

*Probato  
adulterio  
deserto-  
ris mox  
locus est  
divortio.*

ein Soldat (laut derer Zeugen eyndlichen Aussage) im Quartier gelegen/ und also an ihr ehebrüchig worden/ daher die Klägerin gebeten/ Sie wegen solches begangenen Ehebruchs von Ihm zu entbinden und loßzusprechen: So wird Sie auch wegen solches Ehebruchs von Ihrem Ehemanne/der Ehe halben/billich entbunden und loßgesprochen; Inmassen wir Sie dann hiermit entbinden und loßzehlen/ und auff Nachlassung heyliger göttlicher Schrift/ Ihr als dem unschuldigen Theil/ sich nunmehr mit N. K. nach erfolgten drezen öffentlichen proclamationen Christlichen zu verhehlichen und copuliren zu lassen/ concediren und gestatten. Be-  
 klagten H. H. aber der Weltlichen Obrigkeit zu straffen befehlen/ v. R. W.

## XLI.

*De deser-  
 tore ante  
 sententi-  
 am com-  
 parente.*

Huc usque de Processu contra desertorem emanentem peragendo actum. Jam adhuc videndum, quid factō opus sit, si ante sententiam compareat desertor, & causas suæ absentiae probabiles allegare velit. Sanè hic pro desertore declarari non debet, quia is demum talis censendus, qui spretis citationibus sese revocare non patitur Gerhard. de Conjug. §. 766. Dn. Præses ad Brunnem. Jus Eccles. d. l. 2. c. 17. §. 27. verb. si redeat. Examinandæ sunt ergo hoc casu desertoris excusationes, quæ si justæ, absolvendus est; Sin non, temerariæ absentiae pœnas luere debet vel in ære, vel in carcere. Uxor verò eundem recipere tenetur in matrimonium, nisi ipsum adulterii reum facere possit. Quod si hujus penitus convinci nequeat, suspi-



suspicionibus tamen gravatus sit, ad juramentum purgationis compelli poterit, vid. Carpz. d. L. 3. def. 70 De eò adhuc dubitant, si citatus desertor ipse quidem non compareat ante sententiam, procuratorem tamen mittat, an ille admittendus sit? Veriorem puto sententiam, quod in personâ se sistere teneatur in negotio hoc personalissimo arg. c. s. X. de Procur. add. Dn. Nicolai de Repud. & div. p. 2. c. 6. n. II. seqq. nisi tamen vel morbo vel alio justo impedimento detentus, se sistere nequeat: hæc enim à contumacia ipsū absolvunt. L. contumaciam 53. §. 2. ff. de Re judic.

An admittatur Procurator?

XLII.

Quod si itaq; desertor se ante sententiam non sistat, sed hanc in contumaciam ferri passus fuerit; solvitur eò ipsò vinculum conjugale, & desertæ novarum nuptiarum facultas conceditur; (antea enim ne quidem sponsalia impunè contrahit. Carpz. L. 3. def. 67. & 68. Dn. Nicolai d. Tr. p. 2. c. 2. n. 33. seqq. junct. 16. §. Multò minùs ergò stuprum manet impunitum, licet adulterii pœna non obtineat,) adeò, ut si postea redeat desertor, antequam deserta ad alia convolaverit vota, hæc ipsum recipere non teneatur. Sed quid, si desertor appellaverit à sententiâ, vel aliò remediò suspensivò eam à viribus rei judicatæ suspendere voluerit, an ejus intentioni indulgendum? Obstat quidem ipsi graviter vulgatum illud: Contumacem in non veniendo non appellare. At verò, cum appellatio defensionis species sit, illa verò nemini, ne quidem, ut Practici loqvuntur, Diabolo deneganda, optimum esse puto consilium, ut ipsi brevis statuatur terminus, intra quem gravamina sua vel potius excusationes, quibus absentiam suam defendere cupit, adducat, quo Judex inde cognoscere possit, an alicujus momenti sint vel non; quò pacto constabit facile, an appellationi deferendum, an verò eadem rejicienda Conf. Dn. Nicolai d. Tr. p. 2. c. 6. n. 47. usq; ad fin. Dn. Præses in Addit. ad Brunnem. Jus Eccles. L. 2. c. 17. §. 27. ad verba: Si redeat.

Deserto conceduntur novæ nuptiæ.

An locus sit appellationi?

XLIII.

Uti verò desertæ iterum conceduntur nuptiæ, ita quoq;

Pœna desertoria.

F

quoque desertor, si ejus copia haberi possit, meritis subji-  
ciendus est pœnis. In Saxonia hœc casu contra deserto-  
rem statuta est pœna fustigationis cum perpetuâ relega-  
tione, vid. Chursl. Sächs. Kirchen-Ordn. tit. Von Eheleu-  
ten/die einander bößlich verlassen. Carpzov. L. 3. def. 65. n. 6.  
Dn. Nicolai. d. Tr. p. 2. c. 2. n. 36. 37. Secus ac in Electora-  
tu Brandenburgico; ubi desertori saltem totus Electora-  
tus interdicitur. Brunnem. Jus Eccl. d. lib. 2. c. 17. §. 27. in f.  
Quod si desertioni adulterium accesserit, meritò ultimū  
obtinebit supplicium. Carpz. d. l. def. 66. n. 12. & in Pr. Crim.  
p. 2. qv. 58. n. 61. Ut adeo mirer, quare à Dnn. Scabinis  
Hallenibus d. 3. Aug 1674. sequenti modo fuerit pronun-  
ciatum: Auf gehaltene Registraturen / abgefassete Inqvifi-  
tional-Articul, darauf gethane gürtliche Antwort / und ein-  
gezogene Erkundigungen A W. H. E. Eheweib/wegen eines/  
mit J. S. einem Ehemanne/ getriebenen Ehebruchs/ betref-  
fende/ so uns ihr zugeschickt/ und unsere Rechts-Belehrung  
darüber gebeten/ Sprechen Wir Fürstl. Magdeburg. Schöp-  
pen zu Halla/ nach fleißiger Berles- und Erwegung derer sel-  
ben vor Recht / daß Inqvifitin gestalten Sachen nach/ und  
weil sie ihr Ehemann/ H. E. nicht allein bößlichen verlassen;  
sondern auch über dis sich mit einer andern copuliren lassen/  
auff sechs Jahr des Landes zu verweisen/und die disfalls ver-  
ursachte Unkosten/ auf vorbergehende Liqvuidation, und er-  
folgete Moderation, zu erstatten schuldig/B. R. W. Hic  
enim & desertio, & adulterium & bigamia concurrunt,  
quo casu sine dubio capitis pœna dictanda fuisset. Sed  
fortè fuerunt in actis circumstantiæ aliæ eâ sententiâ nō  
expressæ, quæ mitiorem hanc sententiam extorferunt. Fa-  
teor tamen alibi relegationem tantum dictari solere de-  
sertori, de quô vid. supra Posit. 22. in fin.

## XLIV.

An deser-  
tori con-  
cedendū  
matrimo-  
nium?

Id fortè otiosum est inquirere, an novæ nuptiæ et-  
iam ipsi desertori concedendæ, cum mediante fustigatio-  
ne & relegatione expellatur provinciâ? At verò cum ea-  
propter potestas extra territorium subsistendi ipsi non  
adem-

adempta, casus omnino occurrere poterit, ubi de novo matrimonio quaratur. Regulariter vero hoc desertori permittendum non est, ne ex sua malitia consequatur commodum. Verum cum & adultero aliquando idem concedi soleat, urgentibus de causis, si nempe se continere non possit, utique & desertori illud non denegandum est, modo per dispensationem Magistratus Ecclesiastici hoc fiat, & certa multa ipsi imponatur, sineque solennibus contrahatur matrimonium, de qua re vid. omnino Gerhard. de Conjug. §. 622. & 633. Carpzov. L. 3. Jurispr. Eccles. def. 71.

XLV.

Dissolutio ita matrimonio, quantum ad personam innocentem, omnes illos effectus locum habere existimo, qui alioquin soluto per adulterium matrimonio obtinent, ut scilicet innocenti dos & donatio propter nuptias adjudicetur, de quo vid. Nov. 117. c. 8. Et quamvis hanc poenam in l. 8. C. de Repud. statutam, & in Nov. 22. c. 15. & Nov. 117. repetitam, postea per Nov. 134. c. 10. abrogatam esse putet Dn. Mev. P. 7. dec. 162 n. 1. Attamen ibi non de civili, sed criminali poena agitur; nec jura priora mutantur, sed potius in eadem Nov. 134. c. 11. expressè confirmantur. De Praxi Jur. Saxon. vid. Carpz. Pr. Crim. p. 2. qu. 64. n. 16. Berlich. P. 4. concl. 29. In eo autem facile assentimur ipsi Mevio, quod, si deserta persona ad poenam amissionis non egerit, heres ejus hoc nomine experiri non possit. Non enim solent actiones ad vindictam tendentes in heredes transmitti, Mevius d. P. 7. dec. 194.

XLVI.

Quid vero juris quoad successionem sit, si ante latam desertionis sententiam alter decedat, pariter disputatur. Nos paucis asserimus, desertam personam jus succedendi salvum omnino habere; nihil enim haec peccavit, & desertor sua malitia innocentis jura invertere non poterit. Ipse desertor vero indignum se successionem reddidit, ita ut nec ad civilem nec statutariam successionem ad-

Contra desertorem eadem competunt, quae contra adulterorum.

De jure successionis desertorum.

44 *Disputatio De Desertione Conjugum Malitiosa.*

mittendus, quod præjudicio confirmat Dn. Præses *Tr. de Succ. Diss. 4. c. 1. §. 13. & 14.* quorsum brevitatis amore Lectorem remitto, hoc unicum addens, etiamsi per sententiam vinculum matrimoniale penitus dissolvatur, æquam tamen illorum esse sententiam, qui parti innocenti nihilominus portionem statutariam ex omnibus desertoris bonis, quæ tempore desertionis habuit, assignant. Quæ enim in casu morientis conjugis alteri per statutum debentur, cur non eadem assignanda essent innocenti, si propter delictum alterius dissolvatur matrimonium. Et sic dabitur casus, ubi ex superstitis conjugis bonis alteri debetur portio statutaria. vid. *Carpzov. P. 3. cap. 26. d. 21. n. 5. & L. 6. Resp. 109. Mevius ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 448.* Ubi autem in casu desertionis alendi vel educandi sint liberi, illud ex generalibus juris nostri decisis repetendum, de quò videatur titulus *Cod. Divortio factò, apud quem liberi morari vel educari debeant. & Nov. 117. c. 7.* Nobis hæc persequi pluribus nec vacat, nec instituti ratio permittit, utpote quibus momenta præsentis materiæ tantum exhibere propositum, pro quò labore exantlatò fit

*De liberis.*

SOLI DEO GLORIA!


COROLLARIUM.

**D**ivortium uxori ob adulterium mariti Praxis indulget, sed Jure divino id *παράδοξον* est. In Veteri Testamento divortendi licentiã marito, nõ uxori concessit Moses. In Novo Salvator non de uxore, sed marito divertente interrogabatur. Mariti ergo licentiam ad casum adulterii restrinxit, sed uxori nihil novi juris indulgit. Paritatem vinculi hîc urgere fas non est, cum imparitatem præjudicii ex adulterio uxoris res ipsa ostendat. Nec omne, quod peccatum est, mox sufficit divortio.

••§(•)••

••R(•)S••





ULB Halle  
002 726 009



3

TA → OL

V5 17









*N. 7 Divortium* (C)  
INAUGURALIS, *Vol. 88. n. 4.*  
DE *1687, 10a 14*

# ATIONE UGUM

IOSA,

ENTE NUMINE  
ET AUTORITATE  
TORUM ORDINIS

RI VIADRINA  
ESIDE

IO SPECTABILI,

## STRYKIO, JCTO.

SERENISS. AC POTENTISS.

CONSILIAR. FACULT. JURID.

SECRETAL. PROF. PUBL.

IO SUO DEVENERANDO,

RIO JCTORUM

- & Pomeridianis

O. R. M DC LXXXVII.

### ICENTIA

QUE JURE HONORES

CTORALIA CONSEQUENDI,

quisitioni submittit

ff/ Numburgensis, Patr. Conf.

JOHANNIS COEPELII, Acad. Typogr.